

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiae Majestatis
Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus
Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc.
Jus Civile Controversum Ubi ...**

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

Cocceji, Samuel von

Lipsiae, 1766

LIB. XXXVI. TIT. III. Ut Legatorum Seu Fideicommissorum Causa Caveatur.

urn:nbn:de:gbv:45:1-9050

LIB. XXXVI. TIT. III.

UT LEGATORUM SEU FI-
DEICOMMISSORUM CAUSA
CAVEATUR.

Qv. *An cautio haec praefletur etiam post litem con-
testatam?*

NE.G. Adeoque si honoratus legatum petit, & litem contestetur, non petita cautione, postea petere nequit; si tamen reus victus appellaverit, adeoque nova mora sit, debet omnino cavere ex Lege Antonini. Quod enim ante sententiam, si petitionis dies moraretur, fieri debuit, amitti post victoriam dilata petitione non oportuit. *L. 5. §. 1. h.*

OBJ. Quod sufficere videatur, ante sententiam fieri. *d. L. 5. §. 1.*

RESP. Non id dicitur, sed ita infertur, cum ante sententiam fieri debuerit, scil. tempore litis contestatae, multo magis post eam.

LIB. XXXIV. TIT. IV.

UT IN POSSESSIONE LEGA-
TORUM VEL FIDEICOMMISSORUM
SERVANDORUM CAUSA ESSE
LICEAT.

Qv. I. *An legatarius, si oneratus cavere nolit, post No-
vellam 53. in possessionem omnium rerum haeredi-
tariorum mittatur?*

AFFIRM. Neque enim id mutatum est in *N. 53. cap. 4 §. 1.* utpote *Dissent.*
ubi solum de executione agitur, quæ pro rata fit, non de missio- *Laut. pag.*
ne securitatis causa. Praxi tamen hodierna contrarium obtinet. *533. verb.*
quod ta-
men.

Qv. II. *An hodie supervacanea sit haec missio?*

Videtur affirmandum; quia hodie honorati habent tacitam hypoth- *Dissentit*
cam. Verius autem est, hodieque utillem illam esse; nam (1) hic ca- *Laut. pag.*
vetur, dolum malum abfore, *I. i. pr. h.* qua ad interesse agitur. (2) Co- *533. verb.*
gitur cavere fidejussoribus vel transferre saltem in eum pignora, nec suffi- *in die haec*
cit nuda obligatio pignorum, *arg. l. 7. f.* *Ut leg.* in eo autem plus cautio- *&c.*
nis. (3) Missio haec quoque sit in bona haeredis ex constitutione Antonini.

